Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



186

nibus tuis exercem ⁊

Viam iustificationum · id est · ut iustificationibus quas legis littera protulit · spiritaliter capiam ⁊ et exercebor inmirabilibus tuis · id est · inapostolicis ceterisq · doctrinis ecclesiasticis · quae inea sunt figurata ⁊

Viam iniquitatis · desiderium illud quod adpeccandum pertinet · amoue ame ⁊ et inlege tua · apud te enim hec lex constituta est ut semper misereaeris ⁊

Quia adhesi testimoniis tuis · ideo peto ad tuua · ut quo tendo peruenicam · ne infuturo iudicio confundar ⁊

He psalmus suscipiens · uel salutis ⁊

& exaudisti me · doceme iustificationes tuas ⁊

Viam iustificationũ tuarum instruame · & exercebor inmirabilibus tuis ⁊

Dormitauit anima mea pretedio · confirmame inuerbis tuis ⁊

Viam iniquitatis amoue ame · & lege tua miserere mei ⁊

Viam ueritatis elegi iudicia tua non sum oblitus ⁊

Adhesi testimoniis tuis dne · nolime confundere ⁊

Viam mandatorum tuorum cucurri · cum dilatasti cormeum ⁊

HE · IPSA · UEL SUSCIPIENS ⁊ Beata plebs expetit · ut inlegedni eius debeat munere custodiri · & bene suscipiens appellatur · que dicit

Dormitauit anima inhuius habitaculi statione moruelis ⁊ praetedio · inbecillitatis corporeae ⁊ confirmac me · ut abluto somno peccati · instanter in his praeceptis inuigilem ⁊

Viam ueritatis elegi · id est xpm di filiũ quem audiui uenturum inmundum ⁊ illa iudicia non sum oblitus · quae ineuangelio proferans atq ⁊ quicredit infilium habet uitam aeternam ⁊

Cucurri uiam · quando multu paciebar pro spe futurae beatitudinis ⁊ dilatatis cormeum · id est inlatitudine caritatis spei et fidei ⁊